



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis

Ribadeneyra, Pedro de

Mogvntiae, 1603

X. De frequenti Eucharistiæ vsu consultus Ignatius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45256

CAPUT X.

*De frequenti Eucharistiæ vsu con-
sultus Ignatius.*

SACROSANCTVM Euchari-
stiæ sacramentum, priuatim
quidem octauo quoq; die, pu-
blicè verò anniuersarijs festis,
quo ciuibus exemplo esset, fre-
quentabat. Verum frequens ille
Sacramentorum usus, sermo-
nem plerisque dedit, variis va-
rie sentientibus: quando impe-
ritate plebis, quot capita, tot
sententiæ. In desuetudinem e-
nim abierat, vetustissimus ille
mos frequentius diuinis Eucha-
ristiæ epulis accumbendi: qui
tamen, inde ab initio nascentis
Ecclesiæ, inualuerat. Non de-
fuere itaque tum homines, cæ-
tera non indocti, qui maiorem
dignitatis Sacramenti rationem
haberi crederent, si raro admo-
dum,

dum, vel semel quotannis, iuxta Ecclesiæ præceptum, panis ille Angelorum māducaretur: Ceterum alij nihilo illis inferiores, assidua Sanctorum Patrum lectio didicerant, vt indignè sumere nefas esse; ita utilissimū digne, frequenterque illum accipere: quod & frigidos incendat, & à vitijs deterreat. Optabat FRANCISCVS, in tam repugnantibus sententijs, cognitam veriorem obuijs vulnis amplecti. Venerat commodum Roma Barcinonem Antonius Araoz, Societatis Theologus, ab Ignatio Loyola missus. Hic officij gratia dum Marchionem salutat, inter varios de pijs animi exercitationibus sermones, de Eucharistia etiam mentio incidit: quantumque in eo genere excelleret. Ignatius, exposuit.

Incessit

70 DE VITA FRAN. BORG.

Incessit Marchionem cupiditas,
ad illum hac tota de re animi
sensum referre. Datis itaq; Ro-
mam litteris, gratulatur primū
Ignatio, de recens orta, opera
ipsius, stirpe, Ecclesiæ Catholi-
cæ emolumento: orare, quid de
frequen: i Sacramentorū com-
munione sentiendum putaret,
certiorem faceret. Redditis lit-
teris Ignatius respondit, Socie-
tatis illud bonum, solidum esse

a. Cor. 3. DEI beneficium. *Paulus planta-*
uit, Apollo rigauit, Deus autem de-
dit incrementum. Ad Eucharisti-
am quod attinet: inter eius com-
moda, ut plurima sunt, & illud
non postremū videri; frequen-
tiore eius usu, vitiis homines a-
uocari, rariusque impinge: si-
fin, ut homines sumus, labi con-
tingat, citius exsurgere, resipi-
scere, ad frugemque reuocari.

Neque

Neq; vna amissi ingenia omnia
metienda: aliis rarius, frequen-
tius aliis, ad diuinam mensam
accedere, utile videri. Suadere
itaque, & hortari, prudentem
aliquem, piumque è multis de-
ligeret, cuius potissimum con-
silio in pietatis studio vteretur.
Assensus statim Marchio est, in
eiusq; sententiam libens iit, &
iam tum Societatis I E S V pref-
byteros, ad excolendum ani-
mum, consilioq; regendum, li-
benter consuluit.

CAPUT XI.

Ioannis Ducis Gandiae mors.

Hisfere intentus, recte pro-
Huinciam administrabat;
incolis acceptus, quod omnes
officio adiungret, læderet ne-
miné: cum tristis è patria nunti-
us nec opinantia latus, Ioanné
paren-